

Inclinato capite, tradidit spiritum.

✠ Lectio sancti Evangélii
secúndum Ioánnem

19, 17-18. 25-30

In illo témpore:

¹⁷ **B**áiulans sibi crucem
exívit Iesus in eum, qui dícitur Calváriae locum,
quod Hebráice dícitur Gólgotha,
¹⁸ ubi eum crucifixerunt
et cum eo álios duos hinc et hinc,
médium autem Iesum.

[19-24]

²⁵ Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius
et soror matris eius, María Cléopæ,
et María Magdaléne.

²⁶ Cum vidísset ergo Iesus matrem
et discípulum stantem, quem diligébat,
dicit matri:
«Múlier, ecce fílius tuus».

²⁷ Deínde dicit discípulo:
«Ecce mater tua».
Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua.

²⁸ Post hoc sciens Iesus
quia iam ómnia consummáta sunt,
ut consummarétur Scriptúra, dicit:
«Sítio».

²⁹ Vas pósito erat acéto plenum;
spóngiam ergo plenam acéto hyssópo circumponéntes,
obtulerunt ori eius.

³⁰ Cum ergo accepísset acétum, Iesus dixit:
«Consummátum est!».

Et inclináto cápite trádidit spíritum. — Verbum Dómini.